III.

BOSQUEJO HISTÓRICO DE LA SEDE CARTAGINENSE

POR EL OBISPO D. DIEGO DE COMONTES.

Es inédito. El ejemplar más precioso, tal vez autógrafo del autor, era el Códice, que en el suyo propio (1) vió y describió don Ascensio de Morales: «Assimismo certifico que en el referido Archivo (2) se halla un libro antiguo, el qual tiene por título *Fundamentum Ecclesie Carthaginensis;* el qual parece fue formado por la Era (3) de mill quatrocientos y quarenta y siete, por el Obispo D.ⁿ Diego de Commontes, y trassumptado en forma jurídica de el antiguo por el año de mil seiscientos y dos; mediante á hallarse el Original mui maltratado; en cuio libro se halla apuntado el origen de la Iglesia de Cartagena, sus costumbres y estatutos antiguos, y al folio [18 hasta el 29 inclusive] (4) se refiere la ereccion y fundacion de la Iglesia por el referido Obispo.» No habiendo encontrado el ejemplar en la catedral de Murcia, me deberé contentar con el traslado que hizo Morales, y que obra en nuestra Biblioteca (5), anotándolo brevísimamente y restituyéndolo, cuanto se me alcanzare, á su pureza nativa con arreglo á los principios de una Crítica sana y sobria. Da gozo ver cómo desde San Isidoro y el Biclarense, los Prelados españoles han escrito y recogido páginas que sirven al historiador de modelo y de espejo constante á la Historia. Hace un siglo, la obra del sucesor de don Pablo de Cartagena se citaba con harta ligereza y como perdi-

(1) Real Academia de la Historia. Colección de privilegios y escrituras de las iglesias de España, tomo XII (est. 25, grada 1.ª, C), fol. 391 recto.

(2) Catedral de Murcia.

(3) Entiéndase año de la era cristiana, quinto del episcopado del autor.

(4) Morales dejó en blanco el número del folio.

(5) *Cód. cit.*, fol. 732 r.-744 r.

da (1). De hoy en adelante no se le ha de negar, así lo espero, el puesto que le corresponde en la *Hispania illustrata.*

«Didacus de Comontes, miseratione divina episcopus Carthaginensis, universis et singulis libelli praesentis seriem inspecturis utriusque hominis sospitatem et pacem.

Quia de singulis dubitare non est inutile secundum Aristotelem, ut notat glossa, inlatione *Nemo,* capite *de summa Trinitate* (2), etiamsi de iis super quibus dubitatur aliqualis habeatur notio; nam, ut dicit Lex (3) «nihil inter homines tam indubitatum est quin recipiat quamdam sollicitam dubitationem,» in authentica de Tabellionibus circa medium, collatione IIII, ut etiam notatur de ea constitutione, inlatione I, in glossa «*et ita quoque:*»

Hinc ergo est quod Nos, quamquam antea dum in ea maioris Archidiaconatus fungeremur officio de substantia Ecclesiae Carthaginensis aliqualem haberemus notionem, ex quo tamen ad illius pontificalis dignitatis apicem gratia suffragante divina fuimus assumpti, dubitare nec immerito coepimus et mente gerere quae qualis et quanta Ecclesia ipsa Carthaginensis esset, cui praeeramus, undeque et a quo ortum habeat et progressum, ac quae ratio causave fuerit quod illius Sedes, apud tam nobilem et famosam tamque adeo insignem civitatem, ut est Murcia, locata, Carthaginensis nuncupetur et non potius Murciensis. Cuius dubitationis tollendae causa, dum intra Gothorum gesta et ipsius Hispaniae, cui praerant, veteres studiose legeremus annales, scriptum reperimus quod tempore illo, quo Vandali eamdem Hispaniam obtinebant, civitas nostra Carthaginensis, tunc Carthago Spartarea nuncupata, quae ut cernitur ad meridianum latus ipsius Hispaniae supra mediterraneum mare sita est, supra alias eiusdem climatis pro tunc eminens, valde celebris habebatur et

---

(1) «D. Diego Comontes era Obispo de Cartagena año 1458. Este, dice Marieta, que escrivió una historia de los Obispos de Cartagena sus antecesores; gozó de la Silla Episcopal 21 años, haviendo sido, seis, Obispo de Badajoz. Murió en Murcia; y su cuerpo fue depositado en su Capilla, que oy llaman de los Capellanes de Numero.» Cascales, *Discursos históricos de la ciudad de Murcia;* 2.ª impresión, Murcia, 1775; página 519.

(2) *Códice de Justiniano,* l. I, tít. I, 4.

(3) *Novelas ó auténticas constituciones,* colación IV, tít. XXIII, 1.

famosa. Apud quam propterea, verisimiliter creditur quod eo tempore esset Ecclesia cathedralis, sicut erat sedes regia (1); licet postea Sedes ipsa, destructa Carthagine a Gunderico (2), ab inde sicut legitur translata exstitit ad Toletum. Sed heu, proh dolor! post haec Gothorum tempora, videlicet regis Roderici et perversissimi comitis Juliani, peccatis exigentibus, sicut historia nostra lamentabiliter refert, ipsa fere Hispania tota, quam praetulimus, a perfidis Agarenis, Christi nominis inimicis occupata fuit et hostiliter vastata ac sectae spurcissimi Mahometi miserabiliter subacta, eliminatis ab inde omnibus Christi ecclesiis; inter quas, sicuti credimus, non minorem locum tenere debeat Ecclesia ipsa Carthaginensis; quae tamen, aut qualis, aut quanta, aut si Metropolitica, vel cathedralis, pro tunc erat, et (si talis) quae dignitates et beneficia ibi inerant, scriptum minime reperitur. Unde jam de iis vestigia aliqualia apparent, quorum causa fuisse creditur diuturnitas tam longa temporis (3), quo subsequenter eadem Hispania ab ipsis Agarenis detenta et miserabiliter conculcata exstitit, ut praefertur. Diuturnitas enim tanti temporis omnia vastavit, et quae memoria digna erant oblivioni commisit; nec jam quicquam de iis quae inquirimus invenitur nisi quod, Deo gratias, moderna nobis tempora protulerunt.

Post has namque vastitates hostiles, quas ulterius enarrare longum esset, succedentibus temporibus bonis ut permisit Altissimus, expiatis piaculis ob quae tanta mala evenerunt, jam Hispania ipsa a Christi hostibus liberata est. Placuit enim divinae maiestati, et ita scriptum authentice reperitur, quod post tantorum curricula temporum victoriosissimi Principes essent qui regnum acquisierunt Murciae et dotarunt ecclesiam. Et dominus Domnus Alfonsus, clarae memoriae, Domni Fernandi Castellae et Legionis regis tunc regnantis et dominae reginae Beatricis

---

(1) Capital de provincia romana.

(2) La copia de Morales pone «Cipione;» pero tamaña incongruencia sobre la traslación á Toledo de la Sede metropolitana desdice del pensamiento del autor, á quien era conocido el texto de la historia Vandálica por San Isidoro: «Deinde, *Carthagine Spartaria eversa*, cum omnibus Vandalis ad Baeticam (Gundericus) transit.»

(3) De los cuales vestigios, para que á tanta escasez llegasen, créese que la causa fué una extensión de tiempo tan prolongada.

cius consortis filius primogenitus, et habens cum Dei adiutorio inter alia totum regnum Murciae, in quo civitas ipsa nostra Carthaginensis sita consistit, a manibus Sarracenorum praedictorum potenter eripuit. Et eo sic erecto, apud dictam civitatem Carthaginensem e novo ecclesiam cathedralem ad Dei laudem gloriam et honorem sub vocabulo suae gloriosae genitricis et virginis Mariae erigi, ac illi sic erectae, bonae memoriae dominum fratrem Petrum Gallaecum, ordinis fratrum Minorum professorem, in episcopum et pastorem praefici procuravit (1) et fecit per Dominum Papam Innocentium IV; qui etiam apud Lugdunum cum sua curia moram tenens eumdem episcopum consecravit pridie kalendas Augusti era M.CC.LXXXV.III., hoc est, anno Domini M° CC° quinquagesimo, ad petitionem Principis memorati (2).

Qui postea, post mortem videlicet patris, rex effectus eam dotavit locis hic scriptis ecclesiam; ac illi pro territorio Carthaginensis episcopatus in terminos dedit ea quae sequuntur (3). *Et primo, la villa de Alicante con su término, assi como parte con la tierra del señor Rey de Aragon; é mas Petrel, Saix, é Villena, é la tierra de Don Juan Manuel su hermano como parte con la tierra del dicho señor Rey de Aragon; é mas la valle de Ayora fasta Confluentes, como otrossi parte con la tierra Aragon. Item mas, Jorquera con su termino é con la tierra de Gonçalo Roiz de Atienza; é mas Chinchilla con su termino con las Quexolas; é otrossi las Peñas de Sant Pedro con su termino, é Letur, Calasparra é Caravaca con sus términos; Cella é Lorca con sus términos, Ogalte con los otros castillos* [de Don Juan Garcia con sus términos, é los

(1) Las cinco bulas de Inocencio IV, concernientes á esta materia (Potthast, 13.144-13.148), tales como Wadingo las dió á luz, carecen desgraciadamente de nota cronológica, mas no de indicación de lugar, que demuestra que no son anteriores al mes de Diciembre de 1244.

(2) 31 Julio 1250. Con este dato podemos ya circunscribir el tiempo de la bula 13.148, que mal coloca Potthast entre los años 1247 y 1248, y describe así: «Decano et Capitulo Carthaginensibus intimat se fratrem P(etrum) Carthaginensi ecclesiae providisse in pastorem, eique munus consecrationis *manibus propriis* impendisse. Hortatur eos ut istius mandatis efficaciter impendant.»

(3) Expidióse el instrumento en Sevilla á 11 de Diciembre de 1266, otorgando al Obispo y Cabildo de Cartagena «que haya este Obispado sobredicho estos términos, assi como los havie antes que la guerra de los moros comenzasse, que movió contra nos el rey de Granada.»

castillos (1)] *de Don Ferrant Perez de Pina fasta Penáguila con sus términos é con toda la otra tierra que se encierra en estos lugares susodichos*. Los quales lugares é los nombres de los señores de ellos nombramos é designamos aquí, como los fallamos nombrados é designados en la letra real de la asignacion é limitacion por estonces fecha; en posesion de lo qual todo fallamos de estonces acá ser estada *continue* fasta agora é estar la dicha Eglesia de Cartagena sin contradicion alguna, *de qua nobis constet*.

Fallamos mas como, despues de assí fecha la dicha limitacion de términos del dicho nuevo Obispado, el rey Don Sancho (2) fijo e sucesor del dicho rey Don Alonso, dió á la dicha Eglesia de Carthagena, para acrescentamiento del dicho su Obispado, los lugares de Oria y Cantoria, Mojácar é la val de Porchena, é los Velices, que eran é son aun agora de Moros, para que los oviese é aya en propiedad, cuando Dios quisiere que sean de christianos, assi como las aguas que vierten de la sierra de Segura, segun los solian aver otro tiempo, segun dis se cuenta en la *Concordia vieja* (3). La letra é provision del qual acrescentamiento, segun que aquí se contiene fué dado en Valladolid, *quarta mensis Octobris, era* M.CCC.XXXI, hoc est, anno Domini M.CC.XCIII. Segun lo cual todo, é segun testifica el dicho rey Don Sancho contenerse en la dicha *Concordia vieja*, tiene el orden de Sanctiago, é tiene la Eglesia de Carthagena por indubitado ser *infra* los términos del dicho su Obispado toda la valle de Segura é los lugares de aquella, é la villa de Huesca con sus aldeas é términos de ellas. En possession de las quales, assí como lugares de su Obispado, ha seido á está la dicha Eglesia despues acá que son de christianos. *Et ita reperitur*.

Per praedicta ergo apparet unde et a quo habuit ortum ecclesia Carthaginensis; et quis eam erexit in cathedralem; quam sic erectam et dotatam praefatus dominus, frater Petrus Gallaecus, eius novus episcopus postea ordinavit, ad instar seu iuxta formam

---

(1) Omitido en la copia de Morales.

(2) La copia de este privilegio rodado, que existía original en el archivo de la catedral de Murcia, se halla íntegra en Morales (fol. 591 recto-594 verso). A la fecha añade: «*en el año que el sobredicho rey Don Sancho heredó Molina.*»

(3) Con la Orden de Santiago.

et modum dignitatum et beneficiorum, quo ordinata fuerat ecclesia Cordubensis; quamvis ordinatio ipsa innovata seu mutata fuerit per dominum episcopum Johannem eius successorem, ut infra dicetur.

Post quam quidem erectionem, seu Ecclesiae ordinationem, tempore in melius succedente, cum super eadem Ecclesia inter dominos Toletanum et Tarraconensem archiepiscopos de et super jure suae primatiae, cui videlicet eorum Ecclesia ipsa jure metropolitico subjici deberet lis et dissenssionis malitia esset exorta (1), praefatus dominus Innocentius quartus, ut sic lites et dissensiones hujusmodi amputaret, ecclesiam ipsam Carthaginensem sibi et Sedi Apostolicae reservando subjecit; et sic eam exemptam fecit per suas patentes litteras apostolicas, tenorem qui sequitur tenentes.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo Carthaginensi salutem et apostolicam benedictionem.

Novella plantatio Carthaginensis ecclesiae, quam pietas Conditoris ad sui nominis gloriam eripuit de manibus paganorum, apostolicae rore gratiae est opportunis irriganda temporibus; quod et vigore proficiat, et in fructuum productione votiva Deo et hominibus grata et amabilis habeatur. Cum itaque super subiectione ipsius Ecclesiae inter vicinos metropolitanos contentio multiplex sit exorta, de qua sibi grave potest imminere dispendium, nisi conservationis optatae sibi proveniat fulcimentum. Nos circa dictam Ecclesiam affectum paternae benevolentiae dirigentes, ipsam sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti patrocinio communimus, statuentes ut eadem Ecclesia nulli tamquam metropolitano, seu primati, praeterquam Romano Pontifici respondere de aliquo teneatur, quousque praedicta contentio penitus sopita fuerit, et liquide pateat cui saepedicta Ecclesia de jure debeat esse subiecta.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae

---

(1) Fué muy corto el tiempo que medió desde la dotación (1.º Marzo 1250) y restauración de la Sede con la consagración del Obispo (31 Julio 1250) hasta la decisión emergente de la Sede apostólica (6 Agosto del mismo año). La constitución que dió á su iglesia D. Pedro Gallego, no parece fuese anterior, sino posterior al acto de la exención que obtuvo de Inocencio IV.

protectionis et constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contrarie. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. Lugduni octavo idus Augusti, pontificatus nostri anno octavo.»

Cuiusmodi exemptionis idem dominus Innocentius dare voluit exequutores, seu conservatores cum plenissima potestate, dominos Astoricensem et Zamorensem ac Salamanticensem episcopos, ut etiam apparet per alias suas patentes litteras sub eadem data consertas (1). A quo tempore citra usque in praesens non constat, neque reperitur, nec etiam auditur quod reservatio seu exemptio huiusmodi in aliquo infracta fuerit, vel impugnata, aut perturbata, seu quod ecclesia ipsa Carthaginensis usa non fuerit privilegia et gratiam praemissae suae exemptionis; semper enim ab ea, ut ab exempta, et soli Sedi Apostolicae immediate subiecta, ad eamdem Sedem solum consuevit appellari; et in hac possessione exemptionis eam fuise et esse hactenus reperimus, et continuare conservare et defendere intendimus, Domino concedente.

Praemissa omnia comperimus in esse fuisse deducta tempore praefati domini fratris Petri Gallaeci, primi episcopi Carthaginensis. Qui vixit in episcopatu XVII annis (2); et tandem, cum esset jam septuagenarius et ultra (3), die Mercurii quae computabatur XVI^a mensis Novembris arripuit eum febris, et die Sab-

---

(1) Según Morales, quien la copió (fol. 305), existía original en el archivo catedral de Murcia, y como quiera que Potthast no la distingue de la precedente, ó confunde las dos en un mismo número, razón será exhibir su parte peculiar y propia:

«Innocentius episcopus, servus servorum Dei venerabilitus fratribus Astoricensi, Zamorensi et Salamanticensi episcopis salutem et apostolicam benedictionem. Novella plantatio etc., debeat esse subiecta. Quocirca, Fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus quatenus dictam ecclesiam non permittatis, super hiis contra protectionis et constitutionis nostre tenorem ab aliquibus indebite molestari; molestatores huiusmodi auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo. Non obstante constitutione de duabus dietis, edita in concilio generali. Quod si non omnes hiis exsequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exsequantur. Dat. Lugduni, VIII idus Augusti, pontificatus nostri anno octavo.»

La constitución del concilio Lateranense IV, *de duabus diaetis*, está registrada por las Decretales de Gregorio IX, l. I, tít. III, c. 28.

(2) Desde el 31 de Julio de 1250.

(3) Nació, de consiguiente, á fines del siglo XII.

bati sequenti, de mane, suum Domino tradidit spiritum (1) era millesima tricentesima quinta, hoc est anno Domini M.CC.LX.VII. Requiescit sepultus Murciae, in Ecclesia maiori, in capella claustri ad manum dexteram altaris, ad quam fuit translatus.

[2 (2).] Post istius (3) obitum fuit electus in episcopum Carthaginensem dominus Garcia Martini, decanus eiusdem Ecclesiae (4); non tamen fuit consecratus morte praeventus. Et quia non fuit consecratus, inter episcopos non numeratur.

[3 (5).] Cui inmediate successit in episcopatu dominus Didacus de Magas, qui fuit secundus (6) episcopus Carthaginensis. Cuius tempore cum, exeuntibus et redeuntibus de Murcia, Oriola, Lorca et aliis locis dioecesis ad civitatem Carthaginensem, ubi pro tunc Sedes episcopalis localiter erat, multi periclitarentur, multique captivarentur a Sarracenis in via, quae ducit illuc per campum (7), ad his et aliis periculis obviandum, procurante domino rege Sancio supradicti domini Alfonsi regis filio, ad supplicem instantiam eiusdem domini Didaci episcopi (8) et eius capituli ac cleri et populi Murciae et aliorum locorum praedictorum, *auctoritate Apostolica*, ecclesia ipsa Carthaginensis, ut est collectio episcopi, decani et capituli, seu personarum capitularium ad unum tendentium, qui ecclesiam ipsam vivam faciunt, ab eadem civitate Carthaginensi realiter translata fuit ad praedictam civitatem Murciae, suae dioecesis. Ubi ex tunc in antea (9)

---

(1) En Sábado, 19 de Noviembre de 1267. Obstan, no obstante, dos documentos (*Memorial histórico español*; Madrid, 1851, t. I, pág. 240 y 244) fechados respectivamente en viernes 27 Enero y lunes 30 Julio 1268, donde firma (¿error de copia?) el Obispo Fray Pedro.

(2) Moral. 3.

(3) Morales añade «Martini» con evidente anacronismo.

(4) Tenía esta dignidad en 1.º de Abril de 1268. Sus memorias, con el título de «dean é electo de Cartagena,» alcanzan desde el 18 Abril 1272 hasta el 8 Agosto 1278 en el *Memorial histórico español*, t. I, pág. 278-329.

(5) Moral. 5.

(6) Moral. «quartus.»

(7) Vega de Murcia.

(8) La primera instancia se hizo, mientras ocupaba la Silla apostólica Nicolao III (26 Diciembre 1277-22 Agosto 1280). La Sede Cartaginense vacaba el día 11 de Noviembre de 1279; mas ya la poseía Don Diego de Magaz en 15 de Diciembre del mismo año, según aparece del *Memorial historico español*, tomo II, pág. 10 y 14.

(9) De allí en adelante.

idem dominus episcopus, decanus et capitulum, sic translati et ecclesiam cathedralem Carthaginensem facientes, apud ecclesiam beatae Mariae maiorem ipsius civitatis Murciae capitulariter locati et localiter cathedrati, remanserunt et permanent de praesenti, vocem et nomen semper retinentes ecclesiae Carthaginensis. Quam translationem factam esse reperimus cum huiusmodi vocabuli retentione anno Domini M.CC.XCI. Post quae (1), idem dominus Didacus inibi defunctus exstitit (2); et apud eandem ecclesiam maiorem Murciae sepultus in medio planae quae est inter chorum et altare maius ecclesiae eiusdem.

[4 (3).] Cui successit immediate dominus Martinus qui fuit tertius (4) episcopus Carthaginensis. Hic fuit vir strenuus; cuius tempore, vigente guerra Sarracenorum (5), ipse Dei et cleri sui adiutorio frontariam istam regni Granatae ingressus, castrum de Lubrin manu forti comperimus et a manibus paganorum eripuisse (6). Loco cuius postmodum (7) data fuerunt ecclesiae Carthaginensi loca *de Alguazas et de Alcantarilla con el Real de Monte Agudo, é las casas de Murcia que son agora obispales, con*

---

(1) Morales, ineptamente «postquam.» El original diría «post q̄.»

(2) Sábado, 23 de Febrero de 1292, hallándose en Orihuela protestó la convocatoria del Arzobispo de Toledo. Lo demostré en las *Actas inéditas de siete concilios españoles*, pág. 189. En la *Colección diplomática del Rey D. Fernando IV*, arreglada y anotada por el Sr. Benavides (Madrid, 1860), está la demostración de que D. Diego de Magaz seguía rigiendo la diócesis de Cartagena el día 5 de Julio de 1301.

(3) Morales, 2.

(4) Morales «secundus.»

(5) Guerra de Granada, emprendida por los Reyes de Castilla y de Aragón en 1309.

(6) Por ello le felicitó D. Jaime II, Rey de Aragón, prometiéndole (Sábado, 2 Agosto 1309) que al día siguiente saldrían sus tropas de desembarque, y llegarían á Lorca el Miércoles próximo para socorrer la fortaleza. No le nombra equivocadamente «Pedro Martinez» como algunos pretenden; toda vez que, sin duda alguna, la inscripción de la carta, que vició el copista, estaba concebida en estos términos: «Jacobus etc. venerabili in Christo patri Martino, divina providentia Carthaginensi episcopo.» Por su parte el Rey de Castilla, que estaba sobre la cerca de Algeciras, le escribió (3 Agosto): «Por facer bien é merced á vos, don Martino obispo de Cartagena, é por mucho servicio que me ficiestes, é facedes señaladamientre en la guerra que he contra el rey de Granada, en que tomástedes el castiello que los moros dicen Lobrar, á que vos pusiéstedes nombre Sant Pedro, el qual castiello es entre Vera é Almería; do vos este castiello con su villa é con todas sus pertenencias, etc.»

(7) Toda la documentación relativa á este asunto, el cual se terminó á 28 de Diciembre de 1321, puede verse en el Códice de Morales, fol 641-652.

el Baño, el Real, é cosas otras que agora possee aquí en paz la dicha Eglesia. Iste vixit gloriose (1); et tandem defunctus est, et ut audivimus requiescit sepultus apud Tudelam de Navarra.

[5 (2).] Cui successisse reperitur dominus Joannes; et fuit quartus (3) episcopus Carthaginensis. Hic innovavit ordinationem dictae Ecclesiae, sicut per praefatum dominum fratrem Petrum, primum episcopum, factam; volens et statuens quod de caetero essent in ipsa ecclesia Carthaginensi sex dignitates, et octo canonicatus seu canonici, et duodecim portionarii, prout habetur in eadem ordinatione, quae fuit acta Oriolae eiusdem dioecesis, idibus Madii anno Domini M.CCC.XV; licet postea por dominum episcopum Nicolaum immutata fuerit, ut infra suo loco dicetur. Post quae tandem viam exstitit universae carnis ingressus (4), et sepultus apud Cálagurram, et ibi corpus eius requiescit (5).

[6 (6).] Quo quidem defuncto, illico effectus exstitit episcopus Carthaginensis dominus Petrus Barrosus, quintus (7) in ordine. Hic fuit postea Cardinalis (8). Qui tandem, defunctus in Curia romana, sepultus est Avinione, in ecclesia Dominae Nostrae, domus quae est cathedralis ubi requiescit.

[7.] Cui subsequenter successit dominus Petrus de Pennaranda; et fuit episcopus sextus in numero. Fuerat antea thesaurarius regius (9); et effectus episcopus fecit ecclesiam maiorem

---

(1) De la *Colección diplomática*, ilustrada por el Sr. Benavides, resulta que la Sede Cartaginesa, que se dice vacante los días 14 de Enero y 15 de Mayo de 1308, estaba en poder de D. Martín á 6 de Febrero de 1304. Las últimas memorias de su episcopado llegan hasta el 25 de Mayo de 1311.

(2) Morales, 6.

(3) Mor. «quintus.»

(4) La Sede vacaba por muerte de D. Martín en 17 de Mayo de 1312; mas en 20 de Abril del mismo año ya era Obispo D. Juan. Los diplomas regios que transcribe Morales (fol. 643-673), y otro (DLXXVII) que ha recopilado el Sr. Benavides, evidencian que en 28 de Julio de 1326 ceñía todavía D. Juan la mitra de Cartagena.

(5) Trasladado á Calahorra, falleció el día 21 de Enero de 1346.

(6) Morales, 4.

(7) Mor. «tertius.»

(8) Con el título de Santa Práxedes en 12 de Diciembre de 1327. Hasta el 8 de Julio de 1336, varios diplomas atestiguan su permanencia en el nombre y honor de la Sede de Cartagena, que dejó para recibir el de Cardenal obispo de Sabina, con cuyo título falleció á 14 de Julio de 1348.

(9) «Otra provision del mismo señor Rey (Alfonso XI) en que manda á los alcaldes

Murciae, et chorum (ubi nunc Capitulum, hactenus *mezquita*), cum antea *mezquitam* pro ecclesia haberent (1). Fecit etiam campanile et claustrum ecclesiae eiusdem cum capella capitulari; in qua postea duas capellanias instituit et dotavit sub invocatione beati Johannis apostoli et evangelistae; licet una earum dicatur instituta per eius nepotem. Fertur etiam quod fecerit turrim *de las Alguazas* usque ad medium, et unam aliam turrim in *campo de Lorca* versus Sarracenos, aliaquè multa bona fecit Ecclesiae. Et tandem plenus dierum defunctus est (2); et in dicta Ecclesia sepultus jacet in dicto choro coram cathedra episcopali.

[**8.**] Huic successit dominus Alfonsus de Vargas; et fuit episcopus septimus. Qui demum, impletus diebus sui incolatus, defunctus est et sepultus [postquam exstitit (3)], in civitate Abulensi et ab inde postmodum translatus ad Cordubam, ubi requiescit.

[**9.**] Cui quidem domino Alfonso episcopo successit dominus Nicolaus de Aguilar (4); et fuit episcopus octavus. Hic innovavit ordinationem Ecclesiae antea, ut praemittitur, factam per supradictum dominum episcopum Johannem; volens et ordinans (5) quod in eadem ecclesia Carthaginensi essent supra expressae sex dignitates, vel personatus, scilitet decanatus, archidiaconatus Car-

---

y alguaciles de Murcia, á instancia de Don Pedro *electo de Cartagena*, notario mayor del reino de Toledo y chanciller mayor de la reina D.ª Constanza su mujer (en primeros desposorios) no impidan al vicario de este el uso de su jurisdiccion, como le habian usado los demas vicarios antecesores. En Sevilla, á 8 *de Mayo*, era de 1375, que corresponde al *año* 1337.» Morales, fol. 47, vuelto.

(1) El sentido, un tanto embrollado, se reduce á decir: que la mezquita purificada y convertida en iglesia mayor, la trocó en coro el Obispo que hizo labrar la nueva catedral. Este coro servía de capítulo en tiempo del autor, ó mientras trazaba estos apuntes históricos D. Diego de Comontes.

(2) Antes del 15 de Febrero de 1358, en cuyo día (Morales, fol. 49) atendió el Rey D. Pedro á la queja del Obispo D. Alfonso de Vargas.

(3) Palabras omitidas por Morales y reclamadas por el sentido general de la frase. A Córdoba fué trasladado en 9 de Abril de 1373. El episcopologio de Ávila, trazado por el P. Gams, asienta un Alfonso II de duración incierta hacia 1369. Por otro lado Cascales (pág. 150) exhibe un diploma regio, dirigido á *Don Nicolás obispo de Cartagena* en 29 de Abril de 1367.

(4) Según aparece del cuerpo de la ordenación que luego se cita, era hijo de D. Fernando Yañez y de Doña Juana Gutiérrez; y sobrino del Arzobispo de Toledo (1310-1321) D. Gonzalo Gutiérrez.

(5) La ordenación se hizo de común acuerdo del Obispo y del Cabildo. Tráela Morales, fol. 718 vuelto-732 recto, tomándola del *Liber fundamenti*.

thaginensis, et archidiaconatus Lorcensis, ac cantoria, thesauraria et scholastria (1), quae omnes ad collationem domini episcopi Carthaginensis, pro tempore existentis, in solidum pertinere deberent, praeter decanatum ad quem quis nonnisi per communem electionem eiusdem domini Episcopi et Capituli Carthaginensis simul faciendam debet assumi. Essent quoque praeter haec inibi octo canonicatus et totidem praebendae, necnon octo integrae et octo dimidiae portiones, ac unus diaconatus et unus subdiaconatus. Quorum quidem canonicatuum et praebendarum ac portionum, necnon diaconatus et subdiaconatus huiusmodi collationes ad eorumdem duorum, Episcopi ac—Decani et Capituli,—Carthaginensium coniunctim pertinerent; prout haec et alia, formam et substantiam eiusmodi Capituli et Ecclesiae concernentia, latius continentur in Constitutione ipsius domini Nicolai episcopi super inde edita (2); cui statur, et quae, ut comperimus, ex tunc in antea inconcusse observata exstitit omni tempore.

Hic etiam, accersitis sibi dominis Decano et Capitulo, vocatisque ad id vicariis suis ruralibus et clero, necnon de Segura, de Veas, de Yeste, de Ferres, de Socovo, de Caravaca et de Ricote et aliis universis et singulis praeceptoribus villarum castrorum et locorum aliorum ordinum militarium infra dioecesin Carthaginensem consistentium, et de eorum omnium voluntate et assensu per certos ad id deputatos taxari fecit et taxavit episcopalem et capitularem mensas, necnon dictas de Segura, de Veas, de Yeste, de Ferez, de Socovos, de Caravaca et alias praeceptorias ac beneficia alia omnia, clericis saecularibus assignari consueta totius Carthaginensis dioecesis. Quo pronunciante et decernente ut inde secundum taxationem huiusmodi in omnibus et singulis subsidiis tam principalibus (3) quam aliis, in quibus tales perso-

---

(1) No es para olvidado en la historia de la cultura literaria en España el párrafo del instrumento acerca de la obligación que incumbía á la Dignidad de Maestrescuela (fol. 719, recto): «Debet etiam Scholasticus tenere magistrum sufficientem in grammaticalibus et logicis artibus, qui pueros et juvenes ecclesiae et *populi* instruat in eisdem.»

(2) En el día 1.º de Febrero de 1366.

(3) Subsidios que se reparten y piden por el *Príncipe*, ó Rey, á las iglesias y al estado eclesiástico.

nae ratione praeceptoriarum et beneficiorum eorum, infra dictam dioecesin consistentium, contribuere deberent ac realiter exsolvere tenerentur: hanc taxationem nedum clerici saeculares, sed et omnes praeceptores dictarum praeceptoriarum, tamquam praeceptores infra Cartaginensem dioecesin constituti, humiliter receperunt; et secundum eam in sollicitudinibus subsidiorum principalium cum Episcopo et Capitulo Carthaginensibus ac beneficiatis eiusdem dioecesis, ex tunc in antea, hactenus contribuerunt usque in praesens.

Postque tandem, sic debitum naturae solvens dominus Nicolaus episcopus, defunctus est, apud dictam maiorem ecclesiam Murciae sepultus, ubi jacet in capella capitulari claustri ad manum sinistram altaris (1).

[**10.**] Cui successisse comperitur in ipsa Carthaginensi ecclesia dominus Guillermus de Simel, gallicus; et fuit episcopus nonus. Qui vocatus ad Curiam Romanam, tunc Avinione consistentem, cum exspectaret capellum Cardinalatus, ibi Avinione defunctus est, et sepultus in domo fratrum Minorum.

[**11.**] Cui etiam illico dominus Fernandus de Pedrosa Cordubensis (2), famosus in sacra pagina magister; et fuit episcopus decimus. Hic, ut comperimus, inchoavit opus novum aulae ipsius ecclesiae maioris Murciae, quae de novo ad latus antiquae miro opere lapideo, ut cernitur, fabricatur. In quo, ut fertur, appositus fuit primus lapis die vigesima secunda Januarii, anno Domini M°.CCC°.XCIIII° (3). Hic vixit multissime tribulatus propter

---

(1) En la sobredicha constitución del 1.° Febrero 1366 le prometieron los canónigos celebrar por él, cuando fuese difunto, todos los viernes un aniversario, yendo procesionalmente á su sepulcro «*in capella sancti Joannis evangelistae, ubi Capitulum celebratur, juxta altare ad manum sinistram cum intratur.*» Citan á este propósito un rescripto que le habia dirigido el romano Pontífice Martín V (1362-1370). D. Nicolás era, pues, Obispo en 1365. Éralo también á 12 de Setiembre de 1371, fecha de un diploma que obtuvo en las Cortes de Toro (Morales, fol. 680). Otras escrituras (Morales, fol. 54) le dan sucesor en *D. Guillén* desde el 13 Setiembre 1380 hasta 23 Diciembre 1383. Con D. Guillén, *francés*, se relaciona el artículo 26 en el ordenamiento de las Cortes de Burgos de 1379.

(2) Una constitución, fechada en Murcia á 4 de Febrero de 1386, hizo con su Cabildo sobre las distribuciones y modo de servir de los capellanes (Morales, fol. 55, recto).

(3) Morales «XCVIII.»—La verdadera fecha, *jueves*, 22 *de Enero de* 1394, resulta de tres comprobantes: el día de la semana, el reinado de Enrique III (1390-1406) y el pon-

bandositates (1) pro tunc urgentes, quibus se immiscere voluit, ambulans extra Ecclesiam per tempora multa quasi exul. Et tandem in suo regressu defunctus est et sepultus hic Murciae in dicto opere novo, in capella quam in capite ipsius operis, sub invocatione beati Hieronymi, incoeperat, et semistructam reliquerat. Ubi, in terra plana, jacet humiliter tumulatus.

[**12.**] Post cuius obitum, ad supplicationem serenissimi domini regis Henrici effectus fuit episcopus Carthaginensis dominus Paulus de sancta Maria, natione Burgensis (2); et fuit in ordine undecimus. Hic, tempore suo, de et super jurisdictione ac cura et jure episcopali, quam et quod ecclesia Carthaginensis in praeceptoriis et tota valle de Segura habet, diutius in Romana curia litigans, unam pro se adiudicatoriam et contra Priorem de Ucles ordinis Militiae sancti Jacobi de Spatha sententiam reportavit, quae etiam in rem transivit judicatam. Hic etiam de novo creavit in dicta Ecclesia quatuor dimidias portiones sacerdotales; et eas octo aliis dimidiis portionibus primaevis, quae ibi erant, associavit. Quorum praetextu et ne propterea mensa Capitularis gravaretur, summam ducentorum florenorum de Aragonia, de praestimoniis officialatus Murciae, eidem mensae quoad potuit univit; licet unio ipsa nondum sortita fuerit effectum. Qui post ea, successu temporis, ab ipsa Carthaginensi ecclesia ad Burgensem translatus exstitit (3), it inibi defunctus; ac tandem apud ecclesiam sancti Pauli, ordinis Praedicatorum, quam de novo construi fecerat, sepultus; ubi honorifice requiescit.

[**13.**] Post quam quidem translationem sic de persona ipsius domini Pauli factam ad Burgensem ecclesiam, illico et immedia-

---

tificado del antipapa Clemente VII (1378-26 Setiembre 1394); los cuales especifica la cláusula del Libro autorizado (Morales, fol. 378, vuelto): «Feria quarta, in festo sancti Vincentii martyris, in die vicesima secunda mensis Januarii, anno a Nativitate Domini nostri Jesu Christi millesimo trecentesimo octogesimo octavo [*corr.* nonagesimo quarto.]» Los números *LXXXXIIII* ó *XCIIII* del más antiguo original fueron, sin reparar en el anacronismo, sucesivamente transformados en *LXXXVIII* y *XCVIII*.

(1) De Fajardos y Manueles. Dirigiósele un despacho real (Morales, fol. 56) del 30 de Setiembre de 1398.

(2) «En el año de 1402, en que D. Pablo contaba el 52 de su edad.» *España Sagrada*, t. XXVI, 377.

(3) En 1415. Falleció veinte años después, el día 29 de Agosto.

te effectus fuit episcopus Carthaginensis, seu de ecclesia Pacensi cui tunc praeerat (1) translatus, reverendissimus in Christo pater, dominus frater Didacus de Mayorga, nativus patruus noster (2) carissimus; et fuit Carthaginensis episcopus in ordine duodecimus. Homo magnae scientiae et virtutis per cuius industriam circumspectam opus novum praedictae ecclesiae beatae Mariae maioris Murciae, ut ipsa nostra Carthaginensis ecclesia sicut praemittitur translata consistit, multimodum recepisse dignoscitur incrementum. Cum enim tunc, tempore videlicet adventus ipsius domini Episcopi (3), ecclesia ipsa in redditibus fabricae deputatis paenes nihil haberet pro illius tam sumptuosa constructione praeter unum per unum tertiolum (4) sicut habebat unaquaeque parochialis ecclesia eiusdem civitatis, et sic opus ipsum tam magnum vix assurgi poterat a fundamentis, ipse Dominus, defectui tanti operis providens, de consilio voluntate et assensu dominorum Decani et Capituli ac cleri universi suae dioecesis *synodaliter congregati*, pie statuit et ordinavit ut annis singulis ex fructibus decimalibus, ecclesiae et dioecesis Carthaginensis ad eosdem dominos Episcopum, Decanum et Capitulum ac clerum et ecclesias suas parochiales spectantibus videlicet pro qualibet parochia ipsius dioecesis, omnes fructus decimales quinti decimatoris, seu quos quolibet anno quintus decimator illius parochiae dare deberet, integre habeat; sicut habet fabrica ipsius ecclesiae Cathedralis perpetuo pro illius constructione et aliis necessitatibus suis. Qua ex causa, ex tunc in antea dictum opus continuatum exstitit; ac votivum, ut supra meminimus, habuit incrementum. In quo etiam idem Dominus capellam unam, sanctorum Francisci et Antonii de Padua invocationibus instituit et dotavit.

Hic etiam tempore suo *consuetam*, sive regulam divinorum

---

(1) Le sucedió en la mitra de Badajoz Fray Juan de Morales.

(2) Nuestro tío carnal.—Era franciscano. Suelen llamarle los historiadores Fray Diego de Bedán, probablemente en razón de su apellido; pero el nombre de su patria sería, por lo visto, *Mayorga* de Campos, villa no muy distante de Valencia de Don Juan, en cuyo distrito está la dehesa y solar de *Comontes*.

(3) En 1415.

(4) Uno por uno, ó un tercio de la décima por cada parroquiano.

officiorum in eadem Ecclesia repertam innovavit, et quasi e novo edidit; et juxta illam novum missale, completum officium continens quale antea secundum regulam istam Carthaginensem conscriptum non fuerat, e novo composuit et Ecclesiae legendum dedit.

Quo tandem post multa (1) ita ad decrepitatem deducto ut jam, in lecticulo suo continue jacens, quicquid de his quae pontificalis officii sunt exercere nequiret, dominus papa Eugenius IV, volens indemnitati ipsius Ecclesiae praecavere, eum a vinculo quo ipsi Carthaginensi ecclesiae tenebatur absolvens, ipsum ab ea ad ecclesiam Caesariensem transtulit; ac de persona nostra eidem Carthaginensi ecclesiae, sic per huiusmodi absolutionem vacanti, providit; nosque ipsum illi, Deo gratias, in episcopum praeficere voluit et pastorem.

Post quam translationem, paucis evolutis diebus, idem dominus frater Didacus, sic archiepiscopus effectus, apud jam dictam civitatem Murciae, die Martis, quae computabatur XXII Maii, anni Domini millesimi quadringentesimi quadragesimi secundi (2) in nocte obiit; et requiescit sepultus ad praesens in praedicta ecclesia beatae Mariae maiore, quam ibi fecerat ut praefertur.

[**14.**] Unde Nos Didacus de Comontes, Carthaginensis episcopus jam dictus, per justam viam translationis (3) successisse dignoscimur eidem patruo nostro; et per consequens omnibus aliis Carthaginensibus episcopis praedecessoribus suis; qui, ut praemisimus, in eadem successive fuerant usque ad eum. Qui omnes et singuli suis temporibus usque in praesens omnia et singula villas et loca supra designata cum suis territoriis, quae

---

(1) Morales (fol. 682 recto-684) inserta una bula de Eugenio IV, expedida el 11 de Marzo de 1431, año primero de su pontificado, por la que delega al Oficial, ó Vicario del Obispo de Cuenca, para que proceda, previa información, á la ejecución de la voluntad de Martino V (7 Marzo 1428) en favor del Obispo de Cartagena Fray Diego y de su Cabildo contra los servidores de la Catedral que obtenían ó pretextaban dispensas de residencia sin notificarlas en sazón oportuna.

(2) Morales «quadringentesimo septimo» con error evidente. Murió Fray Diego durante el *pontificado de Eugenio IV*, pocos días después de su traslación á la silla metropolitana de Cesaréa. Esta circunstancia y la de ser martes el 22 de Mayo de 1442, fijan la corrección por hacer.

(3) De su tío al arzobispado de Cesaréa.

pro terminis episcopatus ecclesiae Carthaginensis a principio sibi data et assignata fuerant ut scripsimus supra, ac civitates, villas, castra, terras et loca alia, quae intra illa clauduntur, seu ab ipsis designatis circumcincta consistunt, et eorum territoria habuerunt tenuerunt et possederunt pacifice et quiete terminis et territorio ipsius episcopatus; et in hac possessione eamdem Cartaginensem ecclesiam per eos hactenus fuisse et esse reperimus, nec est qui contrarium viderit umquam. Quam quidem dioecesin, sive episcopatum, etsi unum, distinctum fuisse et esse comperimus per membra. Sicut esse conspicimus in Ecclesia universali quae, licet sit una, est tamen in plura singularia membra per orbem terrarum diffusa, ad instar cuius etiam ipsa membra per submembra quamplura subdistincta sunt et ordinata; ita etiam apparet in hac ipsa nostra ecclesia Carthaginensi et eius jam dicto episcopatu. Qui, quamquam sit unus ut praemisimus, est tamen distinctus in plura membra; in plures videlicet officialatus atque archipresbyteratus et vicariatus, qui ut comperimus noscuntur esse sequentes, scilicet, etc.»

Hasta aquí la copia de Morales. Omite el cuadro estadístico de toda la diócesis que oportunamente daba remate al histórico. Merece la obra de D. Diego de Comontes un estudio crítico, mucho más detenido que el que acabo de hacer, limitándome á cumplir los deseos expresados por el doctísimo P. Gams (1) y por nuestro sabio compañero el Sr. La Fuente (2) ó á restituir la serie de los Obispos de Cartagena á la realidad cronológica, no sin devolver á su lugar los períodos del *Bosquejo* dislocados por mano, cuando no temeraria, incauta. El sabio y prudente autor alcanzó los azarosos días del cisma de Basilea, que acarreó el estrago y pérdida de Constantinopla; y fué mantenido en sus derechos por Eugenio IV y Nicolao V contra las pretensiones del Rey de Aragón Alfonso V, y las de aquella turbulenta Asamblea convertida en conciliábulo, que se propasaron nada menos que á erigir la iglesia de Orihuela en catedral independiente de la de

(1) *Series episcoporum Ecclesiæ Catholicae;* Ratisbona, 1873, pág. 25.
(2) *Historia eclesiástica de España*, 2.ª edición, Madrid, 1873; tomo IV, pág. 487.

Murcia. La bula *Exposcit desuper*, de Nicolao V, copiada por Morales (1), fechada en 14 de Julio de 1451, cerró el debate; y entonces, á mi ver, libre ya de carga tan molesta como absorbente, se aplicó D. Diego á perfeccionar su trabajo histórico. Murió, dicen, á 6 de Marzo de 1458. El fin de su episcopado viene señalado por una carta de Enrique IV, que notifica la promoción del sucesor y que Morales (fol. 132 vuelto) describe así: «*Carta del mismo S.or Rey D.n Enrique en que da cuenta como Su Santidad ha provisto de este Obispado á D.n Lope de Rivas, Prior de Osma, Oydor del Consejo de S. M. y Capellan Mayor de la Reina, la qual* [provisión Su Santidad] *ha executado á peticion de Sus Magestades.* [Fecha en] *Soria, 16 Mayo 1459.*»

Madrid, 12 Octubre, 1883.

FIDEL FITA.

IV.

COMPENDIO DE LA HISTORIA DE BURGOS, POR D. ANTONIO BUITRAGO.

En cumplimiento del encargo que se ha servido darle el señor Director de la Academia para informarla acerca de la obra de don Antonio Buitrago y Romero, titulada *Compendio de la Historia de Burgos*, remitida por la Dirección general de Instrucción pública para los efectos del Real decreto de 12 de Marzo de 1875, el que suscribe entiende que dicha obra no se encuentra comprendida con todo rigor en el caso del art. 3.º de aquella disposición, el cual exige la condición de relevante mérito para su propia y estricta aplicación; pues aunque revele en su autor buenas condiciones de estudio y conocimientos bastantemente bien aprove-

(1) Folio 684 vuelto-692 recto.